

SUMMARIA DECLARATIO.

Secunda pars principalis totius voluminis epistolae. S. Hiero. de scripturis sacris: & earum expositio-
ribus christianum hominem instruit. Haec autem quae admodum & prima in tractatus: & hinc ulterius in
epistolas diuiduntur. Continet igitur in se Tractatus. vi. Quorum primus de quaestionibus ve. testa. intitu-
lat: in se continens epistolas. xiiij. Secundus vero tractatus de quaestionibus no. testa. tractat: habet
epistolas. xxxix. Tertius autem expositioes quorundam psalmodiarum: & Cantici can. scdm Origenem
e graeco ductum ostendit: seruans epistolas. xlvij. Quartus certe sermoes declarat quas. S. Hiero.
in aliquibus festiuitatibus pronunciauit epistolas. lviij. continens. Quintus tamen de hebraicis locis no-
bis & interpretatibus tractans: in se epistolas. lxxvi. retinet. Sextus in super tract. de scriptoribus
Ecclesiasticis tam graecis quam latinis ac optimo genere interpretandi ac scribendi tractat epistolas: lxxxij.
seruans. Sed quid unaquaeque in se contineat epistola consequenter demonstrabit.

BREVIS TITVLORVM ANNOTATIO Cum modica earundem declaratione: Et quibus scribantur materiam expressione &c.

TRACTATVS PRIMVS Scdm partem: Qui de quaestionibus ve. ac no. te. intitulatur &c.

Damasus Hiero. quoniam quaestiones proponit: & ad scribendum excitat: monetque studiosum fructum in
scribendo consistere. Sunt autem epistolae huiusmodi tituli: Quid sibi velit quod in Gen. scriptum est: Omnis qui oc-
ciderit Cain septem vindictas exoluet. Si omnia fecit deus bona valde: Cur Noe de mundis & im-
mundis animalibus praecipit: cum imundum nihil bonum esse possit. Quid sit quod Petro dictum est: quod de-
us mundauit: tunc imundum dixeris: Cur deus loquitur ad Abraam quod quarta progenie filii israel essent
de aegypto reuerfuri: Moyses vero scribit quinta eos egresfos esse progenie: Cur Abraam fidei suae
signum in circumcissione suscepit: Quare Isaac vir iustus non illi cui voluit: sed cui noluit deceptus
errore benedixit. Epi. l. Dilecto in Christo.

Beati Hiero. responsiva epistola: tres tamen ex quinque quaestionibus propositis differens: & de cir-
cuncissione ac discretione mundorum atque imundorum animalium ad Tertulianum: Nouatianum: Origenemque
remittens. Epi. ij. Beatissimo pa.

Hiero. ad Damasum papam: ubi explanat visionem Esae: quid dicit dominum sedentem super solium excelsum
eandem non ut veteres de deo praesentem: sed de filii vnigeniti gloria interpretantis. Epi. iij. Et factum.

Eiusdem ad eundem Damasum papam de Seraphin & calculo: ubi exponit quod sequitur in eodem
diuersos interpretes Esae. vi. c. Et missum est ad me vnus de Seraphin: & in manu eius calculus
& tetigit os meum: & reliqua de eodem. Epi. iij. Septuaginta.

Hiero. ad Euagrium presb. de Melchisedech: reprehendens eos qui putabant illum vel angelum fuisse
se vel spiritum: scilicet docens illum scdm veteres interpretes hominem & regem fuisse: qui tyrum sa-
cerdotij gesserit Saluatoris: & scdm hebraeos Sem fuisse primogenitum Noe: exponens etiam quod
eo scribit Gen. xvi. apud aplm ad hebraeos. vij. c. Epi. v. Misisti vo.

Beati Hiero. presb. ad Tarentinam de vera circumcissione. Epi. vij. Superiore.

Beati Hiero. ad Rufinum presb. byerum Romae de iudicio Salomonis in sectione paruuli scdm tro-
pologiam per duas meretrices ecclesiam & synagogam exponentis: quarum synagoga filium per cerimonias
legis extinxerit. Epi. viij. Multum in.

Beati Hieronymi presb. ad Vitalem presb. de Salomone & Achaem ex dinumeratione temporum: do-
centis eos adhuc impuberes genuisse. Epi. ix. Zenon Nauclerus.

Beati Hiero. ad Dardanum exponentis terram repromissionis scdm anagogicam sensum superiorum
sensum terram esse viuentium: & terram illius quam iudaei scdm occidentem iram intelligunt angustias
describentis. Epi. x. Quaris Dardane.

Beati Hiero. ad Fabiolam de veste sacerdotali. Epi. xi. Vsq; hodie.

Beati Hiero. ad Marcellam de interpretatione Ephod. Epi. xij. Epistolare of.

Beati Hiero. presb. ad Fabiolam de. lxxij. mansionibus filiorum israel per ereminum: illas historice my-
sticeque describens. Epi. xiiij. In septuagesimo.

Beati Hiero. presb. de diuersis generibus lepraem ostendens illarum subtilem descriptionem ad peccatum
magis animae quam morbum corporis pertinere. Epi. xiiij. Admirabile.

TRACTATVS SECVNDVS Secunda pars Beati Hiero. super quoniam no. testamenti.

Hiero. ad Damasum papam de filio pdigo: per illum scdm lram peccatorem poenitentem: scdm mysticum sen-
sum gentilem abdicatis illecebris erroribusque ad dei cultum conuersum: per maiorem autem filium iudentem vel
iudaeos vel reliquos sanctos interpretantis: in quibus licet iustis ostendit esse posse liuorem. Epi. xv. Beatiu

Beati Hiero. presb. ad Hedibiam epistolam explicans. xij. quoniam. Epi. xvi. Ignota vultu.